



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatvs De Officiis, Electionibvs, Dignitatibvs, Et
Beneficiis Ecclesiasticis**

**Coras, Jean de
Colonia Agrippina, 1596**

VD16 C 5049

2 De spurijs non promouendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63394](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63394)

non valet prouisio ei facta, quomodo cunque de
beneficio. Præpos. cap. solicitude, §2. dist.

CAP. II.

De spurijs non promouendis.

SUMMARIA.

- 1 *Illegitimi beneficiorum incapaces.*
- 2 *Spurius quandoque Papa creatur.*
- 3 *Gratianus ex adulterio natus.*
- 4 *Monachismus omne vitium purgat.*
- 5 *Episcopus an cum illegitimis dispenset.*

EX his patet spurijs, † & alios non ex iustis nuptijs natos, per sequens matrimonium, c. tanta, qui fil. sint legit. aut Papam, §. fi. quibus modis nat. effi. sui, coll. 7. non legitimatos, gloss. §. inter eos de num. & qualit. Cardin. prag. secularium dignitatum quantumuis capaces, l. generaliter, §. spurijs, & l. spurijs, ff. de decuri. ab ecclesiasticis tamē beneficijs repellri. ca. innotuit, de elect. ca. 1. & 2. §2. dist. Cum nec ad sacros ordines, etiam minores, citra dispensationem, cap. 1. de fil. presb. in 6. promoueantur. ca. 1. eod. tit. in ant. Tum ob ordinis prærogatiuam & excellentiā, quam indignum nimis esset, turpiter natis conferre, c. inter dilectos, de excess. præla. tum in detestationem paternæ incontinentiæ, ca. eccles. 1. q. 4. cuius exemplum in filijs, lex non sine causa timet. l. quisquis, §. filij. C. ad leg. iul. maiest. recepto vulgo diuerbio.

Sæpe solet similis filius esse patri. gl. c. fi. de fil. presb. in 6.

Tanta fateor potest esse morum honestas, & vita sanctimonia, ut non tantum sacrī initiari, ad

ecclesiasticumq; beneficiū promoueri, ca. literas,
 eod. tit. in ant. verum etiam ad supremam Papa-
 tus † dignitatem, spurius euehi possit. ca. Osius,
 3 56. dist. Idque † Gratianus (qui & ipse ex adulterio
 natus perhibetur) multis cōfirmat exemplis.
 d.ca.Osius. Spurius præterea, qui Monachismū,
 aut regularem ordinem profitetur, iure sacris
 4 initiatur. ca. 1. de fil. presb.ca. 2. 57. dist. Cum † ab-
 stergat humanam omnem maculam monachalis
 vita. §. 1. in prin. de mona. col. 1. Ad eō quidem, vt
 per eam ingratitudinis vitium deleri, à Gratia-
 no, ex nouella proditum sit. cap. fi. 19. qu. 3. Quo
 nomine, Gratianus Monachus, in monachorum
 causa plerisque suspectus est. Alciat. Parerg. 4. ca.
 23. Cum nullum in nouella Iustiniani tale caput
 legatur. Sed potest vtrunque defendi, Gratiani
 sententia, ex iam dicta Iustiniani constitutione.
 5 d. §. 1. de monach. Denique † cum illegitimè na-
 tis Episcopus dispensat. ca. veniens, ca. ex trans-
 missa, de fil. presby. gloss. d. ca. 2. 56. dist. Præter-
 quam in Episcopatu, cap. innoruit, de elect. & ec-
 clesia paterna. ca. dilectus, de fil. presby. Ad quæ
 ex solius Roman. Pontif. dispensatione, spurius
 promouetur. gloss. dict. ca. 2. & d. ca. dilectus, Pa-
 norm. ca. fin. de fil. presbyt.

CAP. III.

De ætate beneficiandorum.

SUMMARI A.

- 1 Aetas legitima in beneficiarijs.
- 2 Impubes non est canonicus.
- 3 Impubes quando capax primæ tonsuræ.
- 4 Cathedralis & collegiata Ecclesia.
- 5 Canonicus qua ætate suffragium ferat.

6 Pres-